



## Lexikonövning

av Ruben Wiwe, Linköping

I. Översätt följande text till svenska!

### Mucius Scaevola hos Etruskernas konung, Lars Porsena

Cum Porsena, rex Etruscus, Romam obsideret, Mucius Scaevola, iuvenis Romanus, senatum adiit et necem regis promittens postulavit, ut liceret ei transfugere. Cum potestatem paravisset et in castra Porsenae venisset, in crebra turba prope tribunal constitit. Stipendium tum forte militibus dabatur et scriba pari fere vestitu cum rege sedebat. Igitur illum pro rege necavit. Apprehensus et ad regem pertractus dextram manum foculo ad aram admovit, velut manum puniens, quae in caede erraverat. Hoc facto attonitus rex custodes iussit iuvenem ab ara amovere. Tum Mucius regi dixit: ” trecenti quoque alii adversus te coniuraverunt”. Cum rex haec audivisset, tantus timor eum tenebat, ut bellum deponeret et Romam relinqueret. Postea Mucio statuam Romae cives Romani aedificaverunt, cum tam magnum animum habuisset.

obsideret – slå på *obsideo b)*

adiit – slå på *adeo*

necem – slå på *nex*

constitit – slå på *consisto*

apprehensus – slå på *apprehendo*

pertractus – slå på *pertraho*

dextram – slå på *dexter*

*hoc facto attonitus* – häpen över detta

## II. Översätt följande text till svenska!

### Ett exempel på romersk dygd

Cum Camillus, dux Romanus, oppidum Faleriorum propinquum Romae obsideret, eius incolis praebuit clarum exemplum virtutis Romanae. In illo oppido erat magister, qui filios civium nobilium docebat. Maxima cum crudelitate pueros corrigebat, etiam eorum capita pulsans quandocumque lapsus faciebant. Camillo, duci Romano, discipulos, quos ex portis oppidi eduxerat, iste magister mandavit, ut Camillus oppidum facilius occuparet et magnum pretium ipse obtineret. Nam senatores multam pecuniam daturos esse scivit, ut eorum filios sine iniuria obtinerent. Camillus autem iusta ira incensus est. Itaque pueris imperavit, ut magistrum nudatum ad oppidum flagellis incitarent. Postquam magnanimitatem ducis Romani viderunt, civibus Faleriorum placuit suum oppidum Romano imperio mandare.

*Falerii, orum* – falisker (folkslag i Etrurien)

*praebuit* – slå på *praebeo*

*eduxerat* – slå på *educo*

*facilius* – lättare

*nam senatores ...scivit* – ty han visste att senatorerna skulle ge mycket pengar

*incensus est* – slå på *incendo*

*nudatum* – slå på *nudo*